

15 Jan. 1585.

In nomine domini Amen. Per hoc p[ri]ns publicum Instrumentum cunctis
patet evidenter et sic notum: quod anno à natiuitate eiusdem mille:
fimo quingentesimo octuagesimo quinto. Indictione duodecima, die vero
Quindecima mensis Ianuarij. Pontificatus S[an]c[t]i in Chr[isto] patris, et do:
mini n[ost]ri, domini Gregorij decima prouidentia Papa Tertio anno deci:
mo tertio. In curia Notarij publici, testim[on]ij infra scriptor[um] ad hoc
specialiter vocatorum et rogatorum p[ri]ncipa personaliter constitutus
Petrus dominus Petrus Tylicki, Cracouicus, Posnaniensis, Prami:
sliensis Ecclesiarum Canonicus, principalis principaliter pro seipso,
cetera tamen quorumcumq[ue] procuratorum suorum per eum hactenus
quomodolibet constitutorum reuocationem, omnibus meliorib[us] modo
via, iure, causa et forma, quibus melius et efficacius de iure po:
tuit, et debuit, fecit, constituit, creauit et solemniter ordinauit,
suos ueros, certos, legitimos et indubitatos, procuratores, actores
factores, et negotiorum suorum infra scriptorum gestores, ac nuntios
speciales et generales, ita tamen quod specialiter generalitati
non deroget, nec è contra u[er]ge Petrus dominus Henricum Sem:
plawski, Joannem Hamouicum Canonicos Warmienses
Kielczanski et Samslanum Nardachowski, absentes tanquam
p[ri]ncipes, et quemlibet eorum misordianum: ita tamen quod non sit me:
lior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed
quod unus eorum inciperit, alter ipsorum id prosecui, mediare,
terminare valeat et finire, ac ad effectum perducere specialiter
et expresse. Et ipsius D. constituti nomine, et pro eo, in Cano:
nicum Ecclesie Warmiense ipsam recipi, et fructum, stipendiaq[ue] sibi
in choro, et locum in capitulo eiusdem Ecclesie assignari, ac in pos:
sessionem quasi realem, actualem, et corporalem Canonicatus
et prebende, vacantium per obitum quondam Uibilis Michaelis
Conasli Canonici, immediati illor[um] possoris, ad quos ipse D. Con:
stitutus auctoritate ordinaria electus et assumptus est, iuriq[ue]
et pertinetiati omnium eorundem p[ri]ns, recipi, induci, et institui,
Crasq[ue] provisionis et inuestiturae sub titulo et sigillo, prout
moris est dari et exorari petendam, poscendam et obtinendam.

Petrus Tylicki

Nec non de observandis Statutis, et consuetudinibus dicta
ua quodcumque licentiam et honestam iuramentum praestari solentem in amodo
ipsius D. Constituentis praestandum et subeundum Et generaliter omnia
alia et singula faciendum, dictum quatenus exequi, et procurandum, quod
mi praemissis, et circa ea necessaria fuerint, seu quomodo oportet
et quae ipsemet D. Constituentis facere, et facere possit, si praemissis
omnibus et singulis prius et personaliter interfuerit, etiamsi talia
sua fuerint, quae mandatum exigent magis speciale quam praemissis
sunt: est expressum. Promittens idem D. Constituentis, mihi
Notario publico infrascripto, tanquam publicae et authenticae perso-
nae solemniter stipulanti et recipienti, iure ac nomine omnium et sin-
gularum, quorum interesse, interuit, aut interesse poterit, quomodo in fu-
turum, se ratum gratum, atque firmum perpetuo habiturum, totum id,
et quicquid per dictos procuratores suos, seu eorum aliquo, eo no-
mine ac tunc, dictum quatenus, factum vel procuratum fuerit
mi praemissis. Super quibus omnibus et singulis praemissis, idem
D. Constituentis, sibi a me Notario publico infrascripto, unum vel
plura, publicum seu publica fieri petiit, atque confici instrumenta
et instrumenta. Acta fuerunt haec Varsaviae sub anno
Indictione, die, mense, et Pontificatu quibus supra. Praesen-
tibus ibidem D. D. et Nobilibus Joanne Piotrowski Decano
Posnaniensi, Scholastico Ianciceni, Canonico Cracoviensi, Sacerdote
gra. Alti Secretario, Alberto Jastzembelski, Alberto Wanger-
ski, et Paulo Stanislawski testibus ad quos vocatis specialiter
atque rogatis

Et ego Mathias Bytkov
Notarius publicus et actus
affini per instrumenta
et aliorum manu conscripta, manu
mea soli causa mea manu subscripti
et sigillo in Archivio Romano

✕ 3